Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



161
167
168

dicamus eis. Scriptum est quia domus mea domus o
rationis est. Vos autem fecistis illam spelunca la
tronum. Et erat docens quotidie in templo. Off. Ad te
domine levavi animam meam deus meus in te confido non erubescam
neque irridant me inimici mei etenim universi qui te exspectant non con
fundentur. Sec. Tibi domine sacrificia dicata reddant
que sic ad honorem nominis tui deferenda tribui
sti ut eadem remedia fieri mea postulares. Per do. Co.
Acceptabis sacrificium iustitiae oblationes et holocausta super altare
tuum domine. Compl. Quos due ds ut. ut quos di
vinis reficere non desinis. sacramentis tuis non
desinas benignus auxiliis. Po. Dominica vii. Ad
Deus in loco sancto suo deus qui inhitare facit unanimes in do
mo pie dabit virtutem et fortitudinem plebi tue. Ps. Exsurgat ds
et dissipentur inimici eius et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Or.
Ops s. d. qui habundantia pietatis tue et me
rita supplicum excedis et vota effunde sup
nos misericordiam tuam. ut dimittas que conscientia tue
timet. et adicias quod oro non presumit. Q. ad Corinthios i. 19.
Fratres. Notum vobis facio evangelium quod
predicatum vobis quod et accepistis in quo et sta
tis. per quod et salvamini qua ratione predicaverim
vobis si tenetis. nisi frustra credidistis. Tradidi enim
vobis in primis quod et accepi. quoniam christus mortuus
est pro peccatis nostris secundum scripturas. et quia sepultus est
et quia resurrexit tertia die secundum scripturas. et quia
visus est cephe. et post hoc viginti. Deinde visus est
plus quam quingentis fratribus simul ex quibus multi ma
nent usque ad huc quidam autem dormierunt. Deinde
visus est iacobo deinde apostolis omnibus. Novissime autem